

**MASS PROPER: NINTH SUNDAY AFTER PENTECOST**

MASS *Ecce Deus ádjuvat me* (green)

**INTROIT Psalm 53: 6-7**

Ecce Deus ádjuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: avérte mala inimícis meis, et in veritáte tua dispérde illos, protéctor meus, Dómine. (Ps. 53: 3) Deus in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua líbera me. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Ecce Deus ádjuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: avérte mala inimícis meis, et in veritáte tua dispérde illos, protéctor meus, Dómine.

**COLLECT**

Páteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: et, ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE I Corinthians 10. 6-13**

Fratres: Non simus concupiscéntes malórum, sicut et illi concupiérunt. Neque idolólatræ efficiámini sicut quidam ex ipsis: quemádmódu scriptum est: Sedit pópulus manducáre et bíbere, et surrexérunt lúdere. Neque fornicémur, sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, et cecidérunt una die vigínti tria míllia. Neque tentémus Christum, sicut quidam eórum tentavérunt, et a serpéntibus periérunt. Neque murmuravéritis, sicut quidam eórum murmuravérunt, et periérunt ab exterminatóre. Hæc autem ómnia in

Behold God is my helper, and the Lord is the protector of my soul: turn back the evils upon my enemies, and cut them off in Thy truth, O Lord my protector. (Ps. 53: 3) Save me, O God, by Thy Name, and deliver me in Thy strength. v. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Behold God is my helper, and the Lord is the protector of my soul: turn back the evils upon my enemies, and cut them off in Thy truth, O Lord my protector.

Let Thy merciful ears, O Lord, be open to the prayers of Thy suppliant people: and that Thou may grant their desire to those that seek, make them to ask such things as shall please Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, let us not covet evil things, as they also coveted. Neither become ye idolaters, as some of them: as it is written, The people sat down to eat and drink, and rose up to play. Neither let us commit fornication, as some of them committed fornication, and there fell in one day three and twenty thousand. Neither let us tempt Christ, as some of them tempted, and perished by the serpents. Neither do you murmur, as some of them murmured, and were destroyed by the destroyer. Now all these things happened to them in figure, and they

figúra contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculórum devenérunt. Itaque qui se existimat stare, vídeat ne cadat. Tentátio vos non apprehéndat, nisi humana: fidélis autem Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id quod potéstis, sed fáciat étiam cum tentatióne provéntum, ut possítis sustinére.

**GRADUAL Psalm 8: 2**

Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérta terra! V. Quóniam eleváta est magnificéntia tua super cælos. Allelúja, allelúja. V. (Ps. 58: 2) Erípe me de inimícis meis, Deus meus: et ab insurgéntibus in me líbera me. Allelúja.

**GOSPEL Luke 19: 41-47**

In illo témpore: Cum appropinquáret Jesus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovíesses et tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. quía vénient dies in te: et circúmdabunt te inimíci tui vallo, et circúmdabunt te: et coangustábunt te úndique: et ad terram prostérnent te, et filios tuos, qui in te sunt, et non relínquent in te lápidem super lápidem: eo quod non cognóveris tempus visitatiónis tuæ. Et ingræssus in templum, cœpit ejícere vendéntes in illo, et eméntes, dicens illis: Scriptum est: Quia domus mea domus oratiónis est. Vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. Et erat docens quotídie in templo.

**OFFERTORY Psalm 18: 9-12**

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes

are written for our correction, upon whom the ends of the world are to come. Wherefore he that thinks himself to stand, let him take heed lest he fall. Let no temptation take hold on you, but such as is human: and God is faithful, Who will not suffer you to be tempted above that which you are able, but will make also with temptation issue, that you may be able to bear it.

O Lord, our Lord, how admirable is Thy Name in the whole earth. V. For Thy magnificence is elevated above the heavens. Alleluia, alleluia. V. (Ps. 58: 2) Deliver me from my enemies, O my God: and defend me from them that rise up against me. Alleluia.

At that time, when Jesus drew near to Jerusalem, seeing the city, He wept over it, saying: If thou also hadst known, and that in this thy day, the things that are to thy peace: but now they are hidden from thy eyes. For the days shall come upon thee, and thine enemies shall cast a trench about thee on every side, and beat thee flat to the ground, and thy children who are in thee; and they shall not leave in thee a stone upon a stone, because thou hast not known the time of thy visitation. And entering into the temple, He began to cast out them that sold therein, and them, that bought, saying to them: "It is written, 'My house is the house of prayer, but you have made it a den of thieves'." And He was teaching daily in the temple.

The justices of the Lord are right,

corda, et judícia ejus dulcióra super mel et favum: nam et servus tuus custódit ea.

**SECRET**

Concéde nobis, quæsumus, Dómine, hæc digne frequentáre mystéria: quia quóties hujus hóstiæ commemoratió celebrátur, opus nostræ redemptiúnis exercétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION John 6: 57**

Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum ságuinem, in me manet, et ego in eo, dicit Dóminus.

**POSTCOMMUNION**

Tui nobis, quæsumus, Dómine, commúnio sacraménti et purificatiónem cónferat, et tríbuat unitátem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

rejoicing hearts, and His judgments sweeter than honey and the honeycomb: for Thy servant keeps them.

Grant to us, we beseech Thee, O Lord, that we may worthily frequent these mysteries: for as often as the memorial of this Victim is celebrated, the work of our redemption is wrought. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

He that eats My Flesh, and drinks My Blood, abides in Me, and I in him, saith the Lord.

May the communion of Thy Sacrament, we beseech Thee, O Lord, bring to us cleansing and grant us unity. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.